



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 32. Cardinalium Senatus a Papa coactus circa Germania negotia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

cum scribens, eum iterum iterumque rogat, ut perniciosum Oecolampadii librum, si is Doctorum iudicio committeretur, hi non modo censura perstringant, sed etiam solide confutent, ut malo inde proveniente firmiter occurratur.

§. XXXII.

*Cardinalium Senatus a Papa coactus circa Germanicæ negotia.*

Interea Clemens VII. ut Concilii generalis celebrationem declinaret, magna utebatur sagacitate; verebatur enim ne ejus auctoritas in discrimen adduceretur, quinimo cum adhuc Cardinalis esset, inquiebat, quod Synodum ex quavis alia causa celebrare prodesset, præterquam ubi in ea agitur de Pontificia auctoritate (\*), cum hanc quæstionem

F f 4 in

(\*) Hæc Continuator ex Petro Snavi Polono, qui opiniones Pontificum honori magis adversantes amplectitur, mutuavit, optandam tamen, ut Pallavicinum, qui eundem confutat, secutus fuisset, ac cum eo Lectori hæc dixisset: *quæ ratione id potuisset universe affirmari, illiusque controversiæ gratia, quæ de Pontificia auctoritate tunc agitabatur, hoc est, quæ cum Luthe- ro tunc erat, quando tria postrema Concilia, Constantiense, Florentinum, & Lateranense*

eam



Saecul. XVI. in Conciliis rursus agitate, noxium ef-  
 A. C. 1524. set. Ex his facile conijcimus, Papam  
 ad Romanam Sedem euectum suam haud  
 mutasse sententiam. *Verum etiam est, in-*  
*Pallav. in* quit Pallavicinus, *visam in Clemente va-*  
*apparatu ad* *visam in Clemente va-*  
*hist. Conc.* *visam in Clemente va-*  
*Trid. c. 10 p.* *visam in Clemente va-*  
*96 in hist. l.* *visam in Clemente va-*  
*2. t. 10. p. 176.* *visam in Clemente va-*  
 riiis temporibus dubitationem, ne aperto se-  
 mel Concilio inquieta quaedam ingenta impor-  
 tunam quaestionem de praerogativa inter Con-  
 ciliium ac Pontificem suscitarent, ne, dum  
 schisma compescerent, novum inducerent.  
 Obstabant insuper Cardinales, qui in  
 Concilio de morum restauratione agi per-  
 timescentes Clementem praepediebant,  
 ne Germanis Concilium congregari pe-  
 tentibus aures praerberet: quapropter di-  
 lata Synodi celebratione interim nonni-  
 si simplicem Cardinalium conventum a-  
 gebat, cujus definitionibus, vel ideo  
 haud magna tribui poterat auctoritas.  
 Decreverunt vero illi: I. Caesar summis  
 precibus exoretur, ut executionem edi-  
 cti sui Wormatiensis contra Lutherum  
 toto studio urgeret. II. Itidem Angliae,  
 & Lusitaniae Regibus supplicetur, ut li-  
 beris

eam adeo confirmarunt, ut ipsorum primum edi-  
 tis definitionibus, dum adhuc nullus existeret  
 Pontifex certus, evaserit Catholicorum machi-  
 na Lutheranis prorsus inexpugnabilis. Ex eo-  
 dem igitur Pallavicino causas discere potuisset  
 Continuator, quibus movebatur Clemens ad  
 declinandum Concilium.



beris Germaniæ urbibus omne commercium intercludi minarentur, nisi præfatum edictum executioni darent. III. Legatus Principes Catholicos inducat, ut Spirenses Conventum impediunt, vel saltem, si id impetrare non poterunt, adversus illum reclament, hocque pacto Sedis Apostolicæ jura tueantur. IV. Idem Legatus ad factam congregandi Concilii petitionem respondeat, quod Sanctitas sua ad illius celebrationem valde prona esset, illud tamen convocare haud posset, quamdiu Principes Christiani bello inter se implicarentur. V. Ad quæstionem de oneribus, quibus Germani se gravatos querebantur, respondat, potissimam eorum partem per Lateranense Concilium fuisse sublatam, ac a Papa jussu, ut illius decreta executioni darentur, si vero id nondum sufficeret, Papam huic negotio ante futuri Concilii celebrationem invigilaturum, simulque specialem instituturum Congregationem ad id unice deputatam.

§. XXXIII.

*Baiardi Equitis copiam a Piscario  
invasæ.*

Nec facili labore Pontifici stetit Principum reconciliatio; quippe Carolus adepto Imperii folio virorum utebatur

Sæcul. XVI.  
A.C. 1524